



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Tertia est honorificatio[n]is.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

In persona propria et in membris suis quibus totam substantiam suam distribuit. Remuneravit unquam eam tripliciter remuneratio.

Prima est remuneratio illuminatio.

Secunda est remuneratio solatio.

Tertia est remuneratio honorificatio.

Prima est remuneratio illuminatio. Illuminavit enim eam in divinis cognitione: ut patet ex fide sua super declarata et ex gratia predicatio sibi concessa. Item in celestium prelatio et revelatio: ut patet cum angelos deferretes animam marie sororis sue asperit. Item in mortis sue passione. Innotuit ei et unquam anni spatio exitus sui die iudicare

Secunda est remuneratio solatio. Quanta fuit ei solatio cum dominus frater suus lazarus suscitavit: ut habet Jo. xi. Quanta solatio dulcedo quam cum domino tam familiariter conversabatur: cum dominum angelorum suscipere audiret et passeret: quem multi reges prope voluerunt videre et non viderunt: et audire et non audierunt: ut habet Mat. xii. Quanta solatio habuit cum sibi circa fines vite apparuit dulcissimus hospes suus iesus: dicit. Veni dilecta hospita mea: veni ut gaudeas cum filiis tuis non amplius ut hospita: sed ut civis fratrum et domestica dei. Jo. xii. Ubi ego sum ibi et minister meus erit. Si hoc dicit de quibus dicitur minister: quanto magis et altiori gradum intelligendum de hac et singularissima mitra

Tertia est remuneratio honorificatio. Jo. xii. Si quis mihi mini. hoc est pro me. et honorificavit autem eam multis modis. Primo in miraculorum operatione. Tunc circa creaturas insensibiles: quia propter presentiam trium episcoporum quod ad eam visitanda et ecclesiam dedicanda venerat aqua mutavit in vinum. Tunc circa creaturas irrationalis ut patet in diacoone terribilissimo quod tharascenus dicitur et erat super rhodanum iter arelate et auinionem quem angelo proprio alligavit. Tunc de hac et alia in legenda. Tunc circa creaturas rationales: egros sanando: et iuvenem quendam sumerhus suscitando. Secundo honorificavit eam in eadem celebratio. Cum enim corpus eius tradendum esset sepulture. ecce apud petragoras beatus frontonius episcopus loci illius missam celebranti quasi altare obdormire

et apparuit dominus dicit. Dilecte mihi frater si vis implere quod hospite nre marthe permisisti: veni et sequere me. Quo dicto subito raptus apud tharascenon ambo transiit cum aliis psallentibus circa corpus psallere ceperunt et totum obsequium cum aliis pegerunt: et corpus eius in sepulcro suis manibus deposuerunt. Tunc legedas. Tertio in copiosa glorificatione. Non dubium quoniam gloriose et triumphanter in celum regnet quoniam in terris casedule domino ministravit. Si tanta cura habuit dominus de corpore hospite sue sepultura: ut dictum est: multo maiorem re habuit de anima glorificanda. j. Reg. ii. dicit dominus: Quicumque honorificaverit me: glorificabo eum. Quanta etiam gloria ipse dominus palam declaravit cum codice manu tene ret apertum in quibus nihil aliud scriptum erat nisi versiculus iste: In memoria eterna erit iusta hospita mea: Ab audicione mala non timebit in die no. u. S. Sapientie. ij. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Patet itaque gloriosissime retribuit dominus sanctissime hospite sue ministerium suum. Sicut enim ipsa dominum suscepit in domum suam: sic et dominus eam in celesti domo sua penititer regnaturam accepit. Rogemus ergo hac sanctissimam hostiam christi ut eius meritis et precibus apud dulcissimum hospitem suum iesum gratiam inuenire: et tandem in celesti suo hospitio recipi mereamur Amen

De sancto Germano antistodorense episcopo Sermo.

Erue bone et fidelis intra in gaudium domini tui Mat. xxv. In illis tribus vocabulis: serue: bone: et fidelis: tria ragunt necessario requisita ad hoc ut aliquis dignus inueniat intrare in gaudium domini. Primum est quod sit seruus dei per huiusmodi latius subiectionem. Ps. Nonne deo subiecta erit anima mea. Secundum est quod sit bonus per charitativam affectum: ita quod non ex solo timore sed ex amore deo seruiat. ij. Cor. ix. Non ex tristitia aut ex necessitate: hilariter ei datori diligat deus. j. Jo. iij. Perfecta charitas foras mittit timorem. Item de quodam eremita cui cum diceret quod dandus esset: dicit se non curare dummodo sibi deus precederet ut sibi sequeretur

